

quis se defunctum munere suo putet, si orosus in Ecclesia desiderat, intelligat quoniam precepto divino mandatum est omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacramentum offerre, Verbique divini & Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pacere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam pro viribus gerere: que omnia nequaquam ab his prestari ac impleri possunt, qui gregi suu non sufficiunt negare invigilant.

Hac eadem de Pastorum residentia & officiis iisdem fere verbis prescripta fuerunt in Concilio Tridentino sess. 23. in dect. de reform. cap. 1. Cum precepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacramentum offerre, verbique Divini praedicatione, Sacramentorum administratione, de bonorum operum exemplo pacere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerezere, & in cetera munera pastoralia incumbere, que omnia nequaquam ab iis prestari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, negare assistunt, sed mercenariorum more deserunt; Sacrofancia Synodus eos admonet & horat, ut divinorum praeceptorum memorie, falsoque forma gregis ex animo in iudicio & veritate pascant & regant. Et quibusdam interjeccis: Sacrofancia Synodus vult illud absente spatiu singulis annis, sive continuum, sive interrumpu, nullo patto debere duos aut ad summum tres mensa excedere, & haberi rationem, ut id aqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento. De residentia pastorum Dominicorum gregis, vide c. Pontifices, & c. sicut vii, & c. pervenit, & c. suggestum, & c. schismatis, 7. q. 1. Et generaliter Concilium Agathense can. 64. Clericum qui a sua Ecclesia vel per tres hebdomadas, vel diebus solemnibus Nativitatis, Epiphaniae, Pascha, vel Pentecostes defuerit, a communione privat per triennium. Habetur e. si quis in clero, 7. q. 1. Vide patiter tit. de Cler. non resid. per totum.

Statutum III. Ut fidelis populus ad suscipienda Sacra- menta majori cum fide, reverentia, & devotione accedat, Parochi nostri student, quam familiarissime poterunt, pro scipientium capu, prius illorum vim & ultum juxta Catholicę Ecclesię doctrinam vernacula lingua explicare; ad coramque dignam perceptionem capaces invitare arque adhortari; ne per imprudentiam & hereticorum deceptionem plebs imperita ignorat, quantum sit sibi a Christo reliquum contra peccata remedium; vel eis abutatur ad mortem & damnationem; que illi preparavit Salvator noster ad salutem & beatitudinem.

Desumptum est istud statutum ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 7. de reform.

Statutum VI. Quoniam fere fit, ut eius vita improbar, doctrina facile despiciatur: si publicum scandalum de aliquo parochiali Ecclesie Rectori ad nos delatum fuerit & probatum, etiam juxta sanctorum Conciliorum sanctiones cogemur illi coadjutorum de Ecclesie provenire, & ad depositionem utque progreedi; nisi scandalum per vitam probitatem purgaverit, observata nibilominus in omnibus juris forma. Sed ne cuiquam molestissimus, hor tam in Domino Parochos nostros, ut in omnibus leprobeant exemplum bonorum operum, in castitate, sobrietate, morum gravitate, atque omni honestate, ut erubescant, non nobis aduersantur insidiatores, non habentes unde Ecclesia Christi insultent.

4. Prater statuta hujus Synodi numero viginti, publicata sunt ejusdem acta novemdecim Congregationibus comprehensa: inter quas notanda sunt proprie in Congregatione XI. de Odeo Castilloneo questiones, Cardinali heretico, & Ecclesie simulique regi rebelli; qui cum esset Bellovacensis Episcopus, erat unus ex suffraganeis Provinciae Remensis, nequum tamen huic per apertam haeresim vacanti sedi, quicquam fuerat pro viu ac institutus successor. Fratres hujus desertoris Cardinals, Gaspar Admiralius, ut vocant, seu fumus rerum mantinarius Prefectus in regno Francie, & Franciscus natu minor cognomen inter arma fortius Intrepidi equiti, ambo principi fautores & duces extitere hereticorum perduellum: quorum patricialibus armis fortissime obstiterunt. Principes Lotharingii duo, Franciscus Dux Guifus hujus Remensis Cardinalis & Archiepiscopi frater, & Henricus Guifus Francisci filius praecepit Catholicorum Duces, unde internecina odia inter Guifianos & Castilloneos exarsere. Instituit in ita Congregatione Concili sexti promotor, ut desertor Castilloneus contumax denunciaretur, ex ratione, quia nondum deposito Bellovacensi Episcopatu ad Concilium istud accedere neglexerat. Jam illi Pius Papa IV. citatum audeat, ut negarum beneficium ejus auctoritate obtineat; Superior

naliu consilio, ex auctoraverat, affixisque per urbem schedulis anathemate damnatum significaverat, expectabatque Regis pro substituendo successore nominationem. At Vicariorum Bellovacensis Ecclesie vacante jam sede omnis interierat jurisdictione. Tunc vero Illastrissimus Remensis rogatus sententiam dicere, respondit, velle se hoc iudicio abstiner, quia inter suam & Castilloneorum familiam graves iam pridem intercedebant offensiones ac inimicitia. Dixitque ad antiquorem inter sedentes Antisititem pertinere hoc iudicium. Erat Sufisionensis Episcopus, qui ceteris ei contradicentibus Cardinali perfugam a contumacia excusabat reformatans pro se suisque hereticorum odium & vindictam. Synodus sententia tandem fuit, ut ea de re scriberetur ad Regem; ejusque voluntas expectaretur.

5. Congreg. XIII. propositum fuit de interdicendis choreis: At illastrissimo Cardinali Remensi vistum fuit non esse prohibendas, quia pudicitia minus sit periculi ex choreis quam ex otio: idque superius se audiisse ex matre femina sapientissima. Illa quidem ratio ex otio defuncta dies Dominicos & Feliacos attingit, quibus non licet operari serviliter: at nec pariter choreis promiscui sexus indulgere, cum divinum tantum cultui dies illi sint assignati. Atque ideo exigitur potius erant rationes, quibus plebs a choreis non minus quam a servilibus operibus avocaretur; ut scilicet Divinis Officiis intra Ecclesiam, atque prædicationibus, & catechismis, & piiorum librorum lectionibus interefret, aut propositis publice aut privatum sanctis meditationibus, ut agrotantes etiam ait aliquo assiduas personas visitarent, ut etiam in privatis habitaculis preces vocales & Rosaria recirent, neque prohibeantur illi diebus cognatarum perfonarum nullatenus suspecte visitationes & moderationes colloquia. Neque vero tanto auctoritatis est unius sapientia matrona hac in re iudicium, ut pravalere posset multo sapientius Presulis & universa Ecclesia præcellentissimi Doctoris Augustini iudicio: qui cum auctoriter inchoatum in choreas & saltationes, quas Judæi Sabbatis propriis & neomeniis exercabant, nullatenus digreditur ad Christianos, quos sane majori & fortiori ratione perfrinxisset, si hi quoque choreis & tripudiis sacrificiis diebus indulserent. Atque hoc iudicium est. Secundum Presulum providisse sollicitate, ut gregis sui oves festorum dies religiosius impenderent. Sic enim ad populum concionatur in Psalm. 91. Sabbathum in presenti tempore otio quadam, & languido, & luxurioso celebrant. Iudei. Vacant enim ad rugas: & cum Deus præcepit obseruari Sabbathum, illi in his que Deus prohibet, obseruant Sabbathum. Vacatio nostra a malis operibus, vacatio illorum in malis operibus est: melius est enim arare, quam saltare. Idemque trad. 3. in Joanni. ad locum illum cap. 1. Lex per Moysen data est, sic loquitur: Iudei serviliter obseruant diem Sabbathi ad luxuriam, ad ebrietatem. Quanto melius feminae corrum laudant facerent, quam illo die in neomeniis saltarent? Gallicani etiam editiis choreas diebus Festis & Dominicis prohibentur, & injunguntur publicis officiis, ut eas diebus compescant, scilicet editio Aurelianensis sub Carolo IX. artic. 23. & Blefensum sub Henrico III. Comitiorum artic. 38. eadem Congregat. XIII. Vixit est decretu de cultu divino addendum esse, quod laici tertio quoque die Dominico intersit in sua Parochiali Ecclesia Missa Sacrificio. Concilium Eboritanum parem huic ediderat, can. 21. & Vaisonense can. 12. & Sardicense can. 14. alias 11. Et Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 4. Monet (inquit) Episcopis populum diligenter, teneri unumquemque Parochie sue interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum DEI.

CONCILIO CAMERACENSE

Anni 1565.

1. C itati superiori anno ad Remensem Concilium Cameracenses Patres, eoque accedere indignum jugantes, ex quo per Pauli Pape IV. decretum divulgatu minor cognomen inter arma fortius Intrepidi equiti, ambo principi fautores & duces extitere hereticorum perduellum: quorum patricialibus armis fortissime obstiterunt. Principes Lotharingii duo, Franciscus Dux Guifus hujus Remensis Cardinalis & Archiepiscopi frater, & Henricus Guifus Francisci filius praecepit Catholicorum Duces, unde internecina odia inter Guifianos & Castilloneos exarsere. Instituit in ita Congregatione Concili sexti promotor, ut desertor Castilloneus contumax denunciaretur, ex ratione, quia nondum deposito Bellovacensi Episcopatu ad Concilium istud accedere neglexerat. Jam illi Pius Papa IV. citatum audeat, ut negarum beneficium ejus auctoritate obtineat;

Tit. V. Cap. IV. Pastores non ferant quemquam in suis Ecclesiis concionari sine mandato Ordinarii.
Tit. VII. Cap. V. Rejected ab Ordinario si superiorem audeat, ut negarum beneficium ejus auctoritate obtineat;

Superior

disciplina enervetur. Et preterea presenti decreto generaliter statuit, pravos quebus omnes pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Hac Synodus Tridentina.

2. Cap. VI. Quotquot habent curata beneficia unita suis Ecclesiis, ut Capitula, & Abbates, non prius committant Paftores iisdem beneficiis curatis, quam presentati Ordinario fuerint, & accepti ab eo, quoniam populus ejus cura commendatus est, a qua iudicem Rectores potest, quam curam animarum vocant, accipient. Nec possunt Abbates, aut Capitula, admissos & approbatos ab Ordinario revocare, nisi conferent Episcopos. Et iudicem Rectores constituti mandatis Episcoporum omnino parcent; ab iisque corriganter, si quid deliquerint.

Hoc jam pridem fuerat ab Urbano Papa III. constitutum c. i. de Capell. Monach. In Ecclesiis (inquit) ubi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur: sed Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per consilium Monachorum institutus; ita ut ex Jolio Episcopi arbitrio tam ordinatio ejus, quam depositio, & totius vita pendaat conformatio. Et c. Monach., de stat. Monach. statuit per Concilium Lateranense sub Alexandre III. Monachos non posse singulos ponit per parochias, & opida, & villas; non enim decet religiosos extra claustrum vivere, aut folos per villas & agros incedere ad subveniendum parochianis, & si delinquat Parochus, debet subire ab Ordinario correctionem, ne ob confitum jurisdictionis inter Monasterium & Ordinarium pro Parocho, qui esset Monachus, ipsius correctione aut motio impediatur.

Cap. VIII. Curati administrularios Sacerdotes non recipiant ad ministerium Sacramentorum & reliqua munera quacumque mercede, nisi Episcopo oblati, accepte ab eo & probati fuerint, & ejus concessionis litteras habeant.

Tit. VIII. Cap. I. Quantum probri & incommodi ebrietas afferat, cum omnibus Ordinibus reipublica, tum Clerico maxime, res ipsa docet. Atque eam ob rem ebriosum hominem navigio satiatu fine illo gubernaculo Salomon comparat. Nec enim ultum potest virtutis aut mentis constans officium præstare, qui temeritatem & ebrietatem exhibetur. Propterea lege veteri Sacerdoti mandabatur vino ut abstineret, quo tempore munus Sacerdotum esset oblitus. Quare precipit sancta Synodus, ut quicunque in Clero, id est, in sorte Domini fuerat annumeratus, ab hac ebrietatis & crapulæ macula se prorsus abstineat. Tollatur autem omnino turpis ea confutatio, quam mutuo se provocant ad huiusmodi equalis, certantque hac infama reliquos vincere. Isaia enim iis execrationem denunciat, qui potentes sunt ad bibendum vinum. Quicunque vero ex Clero hanc normam contempserit, nisi a Superiori monitus paruerit, castigetur: castigatus autem nisi resipuerit, suspendatur ad tempus sive ab officio, sive a beneficio.

Ejusdem Mediolanensis Synodi part. 2. tit. 6. Qui parochidem Ecclesiam non obtinent, etiam regulares fuerint, confessiones ne arianis, quemadmodum statuit Tridentina Synodus, nisi Episcopi scripto approbati fuerint, excommunicationis penam subeant. Vide Tridentina sessione 23. cap. 15.

2. Ibidem Mediolanenses Patres necessario prorsus monito præmuniti quoquecumque confessarios: Caveant confessores ne ante debitam satisfactionem illos absolvant, quibus cum facultas adit aliena restituendi, vel legata, que ad ipsas causas facta sunt, persolventi, illis que ut id facerent, Superiori confessione præceptum sit, præstare tamen neglexerint; exceptis illis qui periculose agrotantes, quos tamen moneant, ut id quod debent, quam primum perolvent. Et quia interdum in manu falsi testis est, ut non solum facultatis, sed etiam existimatione ac vita homines solitentur, idcirco neminem abolvant, qui falsum testimonium in iudicio alterius detrimento dixerit, nisi prius damno dato, quatenus id sarciri potest, & violare illius existimationi satisficerit. Nec illum quidem absolvant, qui post publicum Episcopi monitum de indicando rebus amisit, quid de iis sciat, non indicari, nisi hoc officium ante persolverit. Idem exhibita omnibus diligentia, conscientiam examinet singularium, qui fluorescant, & qui iniquos contractus exercent: neque quemquam in iis casibus absolvant, nisi debita restituio aut satisfactio ex canonum præscripto prius intercedat.

Cap. IV. Preterea admonetur populus, imperita plebis causa maxime positas esse Imagines, ut illarum affectu dobiti & moniti patrociniū diximus, & pietatem in Christo conservemus, & eorum vitam imitetur.

Cap. V. Miracula nulla locum aut auctoritatem habeant sine iudicio Ecclesie per Episcopum declarato: ne præstige demonum, aut impostura improborum hominum pro ceris verisque miraculis ad contumeliam nominis divini habeantur.

Concilium Romanum anni 1078. sub Gregorio Papa VII. can. 5. sic edict: Falsas penitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem Sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideo quicunque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui alterius bona iniuste detinet, qui odium in corde gerit, & recognoscit, si veram penitentiam non posse peragere, per quam ad aeternam vitam valeat pervenire, nisi arma deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio religiosum Episcoporum pro defendenda iustitia, vel negotiorum derelinquet, vel officium abſtitit, restituit: ne tamen desperet interim quidquid boni facere poterit, kontumur ut faciat, ut omnipotens DEUS

D d 4 cor

Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.